



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Art. V. An malum & permissio ejus in electis sint prædestinationis
effectus?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

DISPUTATIO TERTIA

73

Unde Apostolus ad Rom. 8. ait : Diligenibus Deum omnes cooperantur in bonum, quod D. Augustinus & S. Thomas ad ipsas etiam permissiones peccatorum extendunt, ut videbimus articulo sequenti.

87 Colliges tertio: bonam indolem, & bonum ingenium esse in electis praedestinationis effectu, non quia haec conducant ad facilis credendum, vel ad supernaturales actus elicendos, ut quidam dicent: quia, ut alibi ostendimus, ad qua ratio proxime agendi respectu actuorum supernaturalium est virtus supernaturalis insula: sed quia haec conducunt ad viranda peccata: nam ex bona hominum inclinatio, & ingenio bonitate multiores provenit, ut pauciora committantur peccata; sicut est contra mala hominum indoles & inclinatio ad plura cōmittenda maximè juvāt. Unde D. Thomas 3. cont. Gent. cap. 162. Aduerat etiam Deus hominem contra peccatum per naturale lumen rationis, & alia naturalia bona, qua homini confortet.

88 Colliges quartο: bona opera moralia, quae sine auxilio gratia sunt a praedestinatis, esse effectus praedestinationis. Tūa quia conducunt ad gaudium accidentale, quod de illis praedestinati percipient in gloria. Tūa etiam, quia dum quis bene operatur, si opus in precepto sit, vitatur peccatum. Tūm denique, quia bona illa opera menti objecta dant occasionem laudis, & gratiarum actionis.

ARTICULUS V.

An malum & permisso eius in electis sit praedestinationis effectus?

§. I.

Quibusdam primitu prima pars quesiti duplii conclusione resolvitur.

89. Notandum primò: malum aliud esse pœna, & aliud culpæ: & rursus in malo culpæ duo esse distinguenda, materiale scilicet & formale, seu malitiam moralem, & entitatem physicam, quæ illi subest, et amque sustentat.

90. Notandum secundò: quod quando queritur, an permisso peccati in electis sit praedestinationis effectus, quæstio non procedit de permissione activa, quia in volitione permittingi peccatum consistit, sed de passiva, consistente in carētia gratiae efficacis, quæ posita vitaretur peccatum.

91. Tertiò recolendum est id, quod initio hujus disputationis annotavimus, nempè tres conditiones requiri, ut aliquid sit praedestinationis effectus, scilicet quod causetur à Deo, quod efficaciter ad finem vitæ æternæ conduceat, & quod sit à Deo volitum ac preparatum ex intentione efficaci dandi gloriam. His præmissis

Dico primo: Mala pœna in electis sunt effectus praedestinationis; non tamen mala culpæ, seu peccata, quæ talia suot, & secundum malitiam, & deformitatem moralem, quæ important.

92. Probatur: Mala pœna causantur à Deo, juxta illud Ecclesiastici 11. *Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt.* Et Amos 3. *Si erit malum in civitate, quod non fecerit Dominus.* Secundus autem mala culpæ, Deus enim non est causa, vel auctor peccati, quia, ut inquit S. Thomas 1. 2. quæst. 79, art. 1. Omne peccatum est per recesum ab ordine, qui est in Deum sicut in finem, Deus autem omnia inclinat & convertit in se ipsum, ut dicit Dionysius cap. I.

A dedivit, nomin. Item mala pœna conducunt ad finem vitæ æternæ: per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum, ut sit scriptura, & consequenter à Deo preparantur electi ex intentione dandi illis gloriam. Mala autem culpenon conducunt ad vitam æternam, sed postus ejus affectionem impeditur, ac prouideat intentione glorie non possunt à Deo preparari. Ergo licet mala pœna sint in electis effectus praedestinationis, non tam mala culpa. Cōsequenter patet, nam tres illæ conditions requiriunt, & sufficiunt, ut aliquid sit praedestinationis effectus.

Dico secundò: Materiale peccati in electis est effectus praedestinationis.

Probatur primò conclusio eadem ratione, quæ praecedens. Materiale peccati est effectus omnipotentiaz & voluntatis Dei, & in finem praedestinationis conduceat, & consequenter ex illustratione in electis à Deo preparatur: Ergo effectus praedestinationis. Consequenter patet ex dictis: "Antece deus autem quantum ad primam partem, est certum, cum enim materiale peccati sit aliquæ entitas creata, & aliquæ a divinis physicis & vitalis, non potest subterfugere divinam causalitatem, & omnipotenciam, sed debet à Deo ut primo ente, & primo actu pendere, ut tractatu præcedenti fuisse ostendimus. Proba-

Ctus vero quantum ad secundam. Tūm ex illo Pauli ad Roman. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Tūm etiam, quia materiale peccati soleret esse pœna illius, & vexare peccatum, ut à peccato deterreatur. Illud etiam potest esse occasio laudis & admirationis confidanti benignitatem Dei, qui ad id, quo ipse effunditur, suum concilium non denegat.

Probatur secundò conclusio. Omnes generationes praedestinatorum sunt praedestinations effectus, ut articulo præcedenti ostendimus: At multorum generationes peccaminosus sunt, ut constat in illis, quæ ex illicet concubitu sunt procreatae; Ergo materiale peccati effectus praedestinationis esse potest.

Dani que Permissiones peccatorum in electis sunt effectus praedestinationis, ut sequentibus ostendemus: Ergo & materiale peccati. Consequenter patet: nam permissione peccati non solum importat in Deo denegationem auxilij efficacis, sed etiam influxum in materiale peccati: cum enim peccatum sit quidam effectus & privatus, vel falso illam includat, non potest nisi in rerum natura, nisi ab aliqua entitate physica sustentetur.

Dices primò: Ad effectus praedestinationis concurredit Deus concilium speciali, cum ex illis speciali amore procedant; Sed ad materiale peccatum concurredit solum concilium generali; Ergo materiale peccati non est praedestinationis effectus.

Secundò, possumus à Deo petere nostra praedestinationis effectus: At materiale peccati à nobis postulari nequit, nisi ex consequenti desideretur formale: Ergo effectus praedestinationis esse non potest.

Ad primum respondeo, quod licet ad materiale peccati concurredit Deus concilium generali electienti, concurredit tamen concilium speciali imponente, quarenus specialis providentia in praedestinato imperat generali quoad omnem effectus ad illius finem conduceentes.

Ad secundum dicatur effectus praedestinationis esse in duplice differentia: alii sunt, qui ratione sui ad finem praedestinationis conducunt, & istos possumus absoluere petere; alii verò solam

ex misericordia divina ad prædictum finem ordinantur, cum ex natura sua ad oppositum finem propendere; & ideo absoluere petere non possunt, sed solum sub conditione, quod Deus velit ad finem prædestinationis illos ordinare; & illius generis est materiale peccati, unde à Deo non potest postulari absolute, sed sub conditione prædicta, ut de permissione peccati, seu denegatione gratia infra dicimus.

§. II.

Adhuc secunda difficultas, & ostenditur permissionem peccatorum in electis esse prædestinationis effectum.

Dico tertio, permissionem peccati in electis esse effectum prædestinationis illorum. Est contra Vasquez, Arribal, Meratium, & alios Recentiores: est tamen D. Thomas super Epistolam ad Romanos capite 8. le. & §. ubi exponens illa verba: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, inquit: Sed nunquid etiam peccata cooperantur in bonum? Quidam dicunt quod peccata non continentur sub hoc, quod dicit omnia, quia secundum Augustinum, peccatum nihil est, & nihil habet nominis, cum peccante. Sed contra eis, quod in aliis sequitur: Vtque adeo talibus Deus omnia cooperatur in bonum, ut si quis horum deviant & exorbiunt, tamen hoc ipsum ei faciat proficere in bonum, unde & inspalmatur dicitur, cum ceciderit iustus, non cedat, quia dominus supponit manum suam. Quibus verbis sanctus Doctor rationem fundamentali vobis conclusiōnis insinuat. Id enim, quod frā Deo ob fructum spiritualem rationis creaturæ, provenit in electis ex intentione beatitudinis, & consequenter est prædestinationis effectus: Sed permissio peccati, seu denegatio gratia efficacis ad vitandum peccatum frā Deo ob fructum spiritualem rationis creaturæ: Ego in electis sic ex intentione beatitudinis, & consequenter est prædestinationis effectus. Major patet, Minor probatur primò ex libro Pauli, Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, quod ut vidimus, D. Thomas, & Glossa Augustino delupta, extendunt etiam ad ipsa peccata. Secundò ex sanctis Patribus: tam Augustinus de natura & gratia capite 24. docet medicinalē fuisse David, quod Psalmus 23. dicebat: Averisti faciem tuam à me. Dixerat enim in abundantia sua, non movebor in aeternum, & finib⁹ tu⁹, quod a Domino haberet: Quare offendit⁹ etiam, (aversione scilicet facie, per quam gratia privato designatur) unde haberet transversa humilitate, quod superbus amiserat. Idem doct. Gregorius libro 2. Moralium capite 26. in verbis: Fit ut aliquando se hac gratia uisiter subydas, & praesumenti, quantum in se infirmetur, ostendatur enim vere cognoscimus bona nostra unde sint, quando hec quasi amittere sentimus, quia à nobis serui non possemus. Et libro 33. capite 11. Nonnulli præcepta dona p̄tutam, per impensam gratiam bonorum operum, in superbia vitium cadunt, sed tamen, qui cedent, non cognoscunt. Prout contra eos homines antiqui, quia jam misterius dominatur, etiam extenuare permitteb⁹, ut qui in cogitatione elatis sint, per soni luxuriam proferantur. Et infra: Fit plerumque, ut nonnulli per superbiam in luxuriam corruginet, ex aperio causa malum culpulentis erubescant, & non etiam majora corrigant, cum prostrati in minimis.

Tom. I. l.

A gravius confunduntur: reos enim se inter minora conspiunt, qui se liberos inter graviora considerant. Et paulo post: Ecce qui de virtute se extollit, per virtutem ad humilitatem redit: qui vero accepta virtutibus exsollit, non gladio, sed ut ita dixerim, medicamento vulneratur. Quid est enim virtus, nisi medicamentum, & quid est virtutum, nisi vulnus? Quia ergo nos de medicamento vulnus facimus facit Deus de vulnere medicamentum, ut qui virtute percutimur, virtus curemur: nos namque virtutum dona retroquerimus in usum vistorum; ille virtutum ille celebrat assumit in artem virtutum.

Ei concinit Divus Bernardus sermone 2. in narratione Psalmi 90. his verbis: Nonne cooperatur nobis ille casus in bonum, unde & humiliores efficiunt & cauteles? Et Damascenus libro 2. fidei, ubi hoc scribit: Permititur quis quandoque in turpem incidere actum ad emendationem deteriori affectus. Verbi causa, quod est elatus in virtutibus, & reductus suis, hunc simus Deus in adulterium prolsbi, ut per casum in cognitionem propria infirmitatis veniens, humiliatus confiteatur Domino.

Denique Augustinus 14. de civitate Dei capitulo 13. Audeo dicere (inquit) superbus, si uile caderet in ali⁹ quod apertum, manifestumque peccatum, unde si dispoliceant, qui iam fibilatendo cecidunt: salubrissimum Petrus si dispoluit, quando flevit, quam si placuit, quando presumpsit. Hoc dicit & sacerdos Psalmus: Impia facies eorum gnominiā, & querens nomen tuum Domine: id est, ut tu ei placias querentibus nonne tuum, qui si placuerant querendo suum. Ex quibus omnibus testimonij liquet, permissionem peccati ex fine salutis, & profectus spiritualis in electis provedere à Deo.

Confirmatur ex D. Thoma i. 2. quæst. 79. art. 4. ubi loquens de excæcatione quæ ad minus includit permissionem peccati dicit quod, Excæcatio ex sui natura ordinatur ad damnationem eis qui excæcatur, propter quod ponitur etiam reprobationis effectus, sed ex divina misericordia excæcatio ad tempus ordinatur medicinaliter ad salutem totum quod excæcatur, sed hoc misericordia non omnibus impendiatur excæcatis, sed prædestinatis solum, quibus omnia cooperantur in bonum, sicut dicitur ad Rom. 8. Quoniam nihil clarissimum & expeditissimum in favorem nostræ intentiæ dici potest.

Responde Vasquez, Ecclesiæ Patres vulgariter modo fuisse locutos, exprimendo eventus quos Deus ex peccato deducit, ac si essent finis permissionis peccati.

Sed contra primò: Verba Patrum possunt abhinc incommodo accipi in rigore quem sonant, ut ex argumentorum solutione constabit: Ergo absque necessitate in vulgaris sensu accipiuntur.

Secundò, Mens Patrum erat finem permissiōnis peccati assignare, non eventum ex ipsa se quatuor: Ergo explicare eventum, & non ea uaria finalia, esset diminutum procedere, & non solū vulgaris locutio.

Tertiò, Patres quandoque indifferenter docent, Deum peccata permittere propter gloriam suam, & propter bonum nostrum, ut constat ex Damasco supra citato, qui docet Deum aliquando velle permittere peccatum propter gloriam suam, aliquando propter bonum ipsius peccantis: Atly, propter suam gloriam, denotat causam finalē: Ergo etiam ly, propter bonum peccatoris, finalē causam, & non solū eventum

rum designat. Id etiam pater ex verbis D. Thomae supra relatis, quibus afferit, quod ex divina misericordia exactatio ad tempus ordinatur medicinaliter ad salutem electorum. Hoc enim verbum ordinatur, causam finalem, & non solum eventum significat.

Denique, Quod conduceat ad aliquem finem, potest ex eius intentione praeparari & amari; Sed permisso peccati ad finem praedestinationis conduceat, cum conduceat ad humilitatem, penitentiam, gratiarum actionem, & similes actus virtutum, qui ad vitam eternam ordinantur: Ergo ex intentione talis finis potest a Deo praeparari, & consequenter sic praeparatur. Si enim ex tali fine praeparari potest, non si cur de facto non praeparetur, cum id conduceat maximè ad ostensionem divinae sapientie, providentie, omnipotencie, & dilectionis erga electos.

101. Confirmatur: Permissio peccati, cum sit effectus divinitatee providentie, quæ est ordinatio medicorum in finem, est volita a Deo propter aliquem bonum in finem: ut enim dicit Augustinus in Enchir. cap. II. Deus cum sit summe bonus, nullo modo sineret aliquid male operibus suis, nisi esset ad omni potens & bonus, ut bene faceret etiam de malo. Sed non potest excogitari sius permissio peccati, qui sit melior, & ordini divinitatee sapientie & providentie convenientior, quam salus & protectus spiritualis ipsorum electorum: Ergo ex eius intentione & amore est volita a Deo in electis permisso peccatorum.

102. Ex dictis colliges, permissionem peccatorum in reprobis esse effectum praedestinationis electorum, conduceat enim ad finem praedestinationis, & ex hac intentione praeparatur a Deo, ut constat ex Apostolo ad Roman. 9. ubi ait: Sufficiunt (id est permisit, ut ibidem exponit D. Thomas) in multa patientia rasa ira, apta ad imberitum, ut offendere divinitas gloria sua in vase misericordie, qua preparavit in gloriam. Et cap. II. loquens de ruina Iudeorum hoc scribit: Numquid sic offendere vni uaderent? absit: illorum delicto salus est generativa, ut illos ambuletur: quod si delictum eorum divisum sunt mundi, & diminuimus eorum divitiae gemitum, amissio eorum reconciliatio est mundi. Fradi sunt rami ejus, ut ego insirar, &c. Videri etiam potest S. Thomas ad Roman. 8. lectione 6. ubi docet, quod sicut malum, quod accedit in universo, non semper ordinatur ad bonum illius, cui accedit, bene tamen ad bonum universi: ita malum culpæ, seu permisso illius, non semper eligitur in bonum ejus, cui permittitur peccatum, benè tamen in bonum nobilissimarum partium, scilicet electorum: juxta illud Proverb. II. Qui stultus est, serviet sapienti: quia scilicet, inquit S. Doctor, Etiam mala peccatorum in bonum iustorum cedunt, quia Deus illos propter se diligit, secus autem peccatores; nam sicut per culpam iumenta facta sunt, juxta illud Psalmista, Homo cum in honore cesses, non intellexisti, comparatus es iumentu insipientibus, & similis factus es illis: ut iumenta tractantur a Deo: totum quod in illis est, in utilitatem sanctorum dirigendo & ordinando.

§. III.

Solvuntur objectiones.

103. Objecies primæ: Effectus praedestinationis debet esse gratia & beneficium Dei, cum

A prædestination secundum Augustinum sit præparatio gratiae & beneficiorum Dei: Sed permisso peccati non est gratia, nec beneficium Dei, sed potius denegatio gratiae & beneficij: Ergo non est effectus prædestinationis.

Confirmatur, Saltem negari non potest quod magis bonum scilicet gratia, quam negatio est. Ergo denegatio gratiae nonquam potest esse gratia & beneficium respectu hominis. Consequentia videtur manifesta: quomodo enim potest esse beneficium & gratia id, quod tollit magis beneficium & maiorem gratiam?

Ad objectionem respondem distinguendo Majorem. Debet esse gratia, vel intentione & ratione sui, vel extrinsecus & ratione alterius ad quod ordinatur, concedo Majorem, intentione & ratione sui semper, nego Majorem; & subdem distinctione Minoris, nego Consequentiā. Nam licet permisso peccati intentione & ratione sui gratia non sit, prout tamen ordinatur ut prædestinatus humilior & ferventior perseveret in gratia & charitate, gratia est extrinsecus & Dei beneficium: juxta illud Prophetæ, Bonus mihi Domine, quod humiliasti me. Unde Ambrosius Fidelis factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse defensit, atque adeo majorem gratiam respexit, quam amissi.

Ad confirmationem dicendum, quod licet magis bonum sit ipsa gratia, quam denegatio eius, si haec duo præcile & secundum se coadjuvent, si tamē considerentur secundum aliquas extrinsecas circumstantias & ordinationes diuinæ, interdum magis bonum est, ac proinde Dei beneficium aliqua carentia gratiae ad tempus, quam gratia ipsa: quia fortasse si illo tempore homo esset in gratia, fieret remissior, aut superbo vel incautior, unde postea caderet irreparabiliter: cadens verò, & postea surgens, humilior, cauterior, & ferventior revivisit. Sicut qui valeat ignem ardenter accendi, aliquor guttulas pergit carbones, & ad tempus extinguit aliquid ut fons eius accendatur. Unde Gregorius: Eupleramus que gratus Deo amore ardens vita posse culpam, quam in securitate corporis innocentia.

Objecies secundum: Omnis effectus nostra prædestinationis confertur nobis ex meritis Christi: Sed permisso peccati, seu denegatio gratiae efficas ad evitandum peccatum, non conferit nobis ex meritis Christi: Ergo non est nostra prædestinationis effectus. Major est certa Minor probatur. Tum quia Christus non est mortuus ut eos præserveat a peccato. Tum etiam, quia alias Christus postulasset à Parte quod prædestinationis gratiam denegaret, cum ab illo postularet omne præmium meritorum suorum, omnemque nostræ prædestinationis effectus. Ex quo plerius sequeretur, quod etiam nos possemus à Deo postulare, ut permitteret nos labi in peccatum, nobisque denegaret gratiam efficacem ad illud evitandum, quod videatur absurdum; cum potius quotidie Deum orare debeamus, ne nos inducat in tentationem, id est ne nobis gratiam efficacem ad evitandum peccatum, & superandas tentationes deneget. Sequela autem probatur: Quod Christus potest petere, etiam à nobis potest postulari, cum orationes nostra orationes Christi possint esse conformes: Ergo Christus rogavit Patrem, ut permitteret nos aliquando labi in peccatum, id potest etiam à nobis postulati.

10. Respondeo concessio Majori, distinguendo
Minorem. Permissio peccandi, præcisæ & secun-
dum le tempora, non conferitur nobis ex meritis
Christi, concedo. Secundū quod est nobis utilis
ad salutem, & prout ex illa aliquid bonum pro-
venit electis, pura humilitas, vel sevior charita-
tis &c. nego. Unde ad primam probationem di-
cendum est, quod licet Christus non sit mortu-
us, ut Deus absolute subtrahat nobis gratiam;
mortuus tamen est, ut non aliter à Deo nobis
subtrahatur aliquando, nisi ut talis subtracatio sit
occasio majoris boni, & medium ad salutem
condacens, & idem dicendum est de oratione
Christi.

Ad illud vero quod additur: In primis negari
potest equalis Majoris, ad cuius probationem
dicendum est; illud inter Christum & nos inter-
cedere discrimen, quod voluntas Christi non est
quia que peccatum est commissa, & ideo pos-
sunt postulare permissionem peccati, ab quo eo
quidem possumus inferri, ilium in peccato per-
missuisti sibi complacere: voluntas autem nostra
peccatum est commissa, tunc si illius permis-
sionem petteret, in peccato, virtualiter latet &
inducit eum sibi complaceret.

11. Potest etiam secundo responderi, quod quam-
vis non possumus desiderare, vel à Deo absolute
per permissionem peccandi, & denegationem
gratiae efficacis, possumus tamen illam postulare
sua conditione, nempe si ad maiorem humilita-
tem, vel per te veritatem in gratia, à Deo judi-
cari idonea. Velerius postulamus petere ab illo
absolue, & desiderare ordinationem, qua divi-
na misericordia fit de peccatis nostris ad bonum
noscit & gloriam suam, hoc enim est desiderare
efficacem prædestinationem, sub formaliza-
tione quæ effectus eius est.

12. Objicitur: Negatio gratiae efficacis in qua
consilii permissione peccati, ad finem prædestina-
tionis non conductit: Ergo effectus prædestina-
tionis non est. Consequens patet, Antecedens
probatur. Primo quia negatio gratiae efficacis est
medium per se conductens ad finem reprobatio-
nis, ergo nequit ad finem prædestinationis con-
ducere, cum isti fines sint inter se oppositi, &
consequenter media ad unum apta, ad alium
consequendum nequeant esse idonea.

13. Secundo probatur. Negatio gratiae efficacis
non conductit ad finem remorum prædestina-
tionis, nempe manifestationem bonitatis & gra-
tiae Dei: Ergo nec ad finem proximum, scilicet
beatiitudinem. Consequens est evidens, An-
tecedens autem probatur ex D. Thoma i. parte
qvest. 104. art. 4. ad finem corporis, ubi ait:
utile aliquid in nihilum, non periret ad gratia ma-
nifestationem, cum magis per hoc divisa potestis & ho-
mo infundatur, quod res in esse conservet: unde simplici-
ter dicendum est, quod nihil omnia in nihilum redige-
tur. Ex quibus verbis sic probatur assumptum:

Quia annihilation non est actio, sed carentia &
contra conservantem, per quam bonitas & potentia
divina manifestantur, inferit D. Thomas anni-
hilationem non pertinere ad manifestationem
gratiae Dei: Ergo similiter cum denegatio gratiae
efficacis non sit actio Dei, sed carentia actionis
gratiam infundens, per quam divina bonitas
& potentia manifestantur, non pertinet ad divi-
nae gratiae manifestationem, quæ est finis præde-
stinationis remors.

14. Respondeo secundo Antecedens, ad cuius pri-
mam probationem, distinguo Consequens. Er-

Tam. I. L.

Ago nequit ad finem prædestinationis conducere,
per se & ex natura ei, concedo. Per accidens &
ex divina misericordia, nego. Quia solutio sumi-
tur ex D. Thoma supra relato, qui docet exca-
tionem, quæ denegationem gratiae efficacis
importat, per se ordinari ad damnationem; ex
misericordia, verò divina in electis ordinari ad
salutationem; & in hoc maximè ostendi divinam
omnipotentiam & misericordiam, quod ea me-
dia quæ ex natura sua tendunt in damnationem,
in bonum prædestinationis convertat, & colli-
gar ex spinis uvas, & ex tribulis fructus.

15. Ad secundam nego Antecedens, ad cuius pro-
bationem, concessio Antecedente, distinguo

Consequens. Non pertinet ad divinæ gratiae ma-
nifestationem, per se & ratione sui, concedo.
Per accidens & ratione illius ad quod ordinatur,
nego. Sicut enim licet annihilation per se &
ratione sui ad manifestationem divinæ gratiae
non conductat, si tamen Deus illam ordinaret ad
hoc ut homines à malo deterretur, vel ut sis mani-
festarer gratiam doni creationis, tunc peracci-
dens, & ratione illius ad quod ordinaretur, Dei
potentiam & bonitatem manifestaret. Ita etiam
licet denegatio gratiae in seipso præcisè non ma-
nifestet gratiam & bonitatem Dei, illam tamen
ostendit, quatenus ordinatur à Deo, ut ex illa
peccator sumat occasionem majoris humilia-
tis, & perseverante in gratia.

S. IV.

Aliud argumentum solvit.

Obijctus ultimus: Si permissione peccati in elec-
tis esset effectus prædestinationis, maximè
quia illa est volita & prædefinita à Deo ex inten-
tione pœnitentie, ratione cuius potest conduce-
re in vitam æternam: Sed hoc dici nequit: Ergo
ne illud. Major docetur communicer à Thomis-
tis: Minor vero in qua est difficultas, probatur
primo. Ex intentione sanitatis morbum permit-
tere, non est prudentis & sapientis provisoris,
sed crudelis medici: At peccatum morbus est,
pœnitentia sanandus: Ergo repugnat Deum ex
intentione pœnitentie peccatum permittere.

Secundo, Intentio pœnitentie necessariò sup-
ponit prævisionem peccati, & consequenter ejus
permissionem: Ergo permissione peccati nequit esse
volita, & prædefinita à Deo ex amore & in-
tentione pœnitentie. Consequens videtur mani-
festa, Antecedens probatur. Pœnitentia non
est de primaria intentione Dei, sed bonum occa-
sonatum, ut docet Damascenus lib. 2. fidei cap.
29. & alij Patres frequenter: At bonum occasio-
natum, cum non amerit nisi occasione mali, il-
lius prævisionem necessariò supponit: Ergo inten-
tio pœnitentie necessariò supponit prævi-
sionem peccati.

Confirmatur: Quia Christus Dominus præ-
destinatus fuit ut Redemptor, & consequenter
ex intentione redimenti à peccatis, ejus præde-
stinatione supponit originalem culpam prævisum,
ut contra Scotum docent nostri. Thomistæ 3.
parte qvest. 1. art. 3. At pœnitentia eligitur ut
destructiva peccati: Ergo illius prævisionem sup-
ponit.

Terter, Intentio efficax pœnitentie ante præ-
visum peccatum, est amor virtutis peccati: At
repugnat Deo virtutis, sicut & formalis amor
peccati: Ergo & pœnitentiam intendete ante
peccatum prævium. Minor patet: Major autem

H 3 in qua

DISPUTATIO TERTIA

62

in qua est difficultas probatur. Intentio efficax
huius, est virtualis amor omnium quae sunt ne-
cessaria ad existentiam illius; At peccati exis-
tentia necessaria est ut pénitentia existat: Ergo in-
tentio pénitentiae ante præsumum peccatum, est
virtualis amor existentiae peccati.

118. Confirmatur: Ex vi intentionis efficacis pénitentiae, constitutur peccatum futurum; Sed fu-
turio peccati ex vi intentionis pénitentiae ha-
beri non potest, nisi talis intentio sit virtualis
amor illius: Ergo idem quod prius.

119. Propter hæc argumenta, Suarez, eti concedat cum Thomistis, permissionem peccati in ele-
ctis esse prædestinationis effectum, docetra-
men illam non esse voluntam à Deo ex präelecta
pénitentia, sed solum ex pénitentia humilitate,
vel patientia. Quia, inquit, pénitentia aliter
respicit peccatum ac humilitas vel patientia. Hu-
militas enim non respicit peccatum directe ut
malum culpæ est, & aversum à Deo, sed solum
quatenus in eo reluet propria fragilitas &
misericordia, quæ ex suspensione divini auxilii acci-
dit, licet non sine peccato & malitia. Patientia
veò respicit injuriam, quatenus malum vexatio-
nis infert patienti, non quatenus causat aversio-
nem à Deo: unde non est necesse, quod Deus in-
tendens humilitatem vel patientiam in electis,
vel peccatum in ratione culpæ & malitia. Pe-
nitentia autem directe respicit ipsam malitiam
& aversionem à Deo, ut materiam expiadam,
& datur in remedium ipsius peccati, ut peccatum
est, unde non potest esse de primaria sed tantum
de secundaria intentione Dei, nec ab illo inten-
di, nisi post culpm præsumam.

120. Histamen non obstantibus, veriore, & pro-
babiliori existimо sententiam Gonzalii Joa-
annis à S. Thoma, aliorumque Thomistarum, do-
centium permissionem peccati esse effectum
prædestinationis, ex präelecta pénitentia, &
non solum ex pénitentia humilitate, vel patien-
tia, à Deo präparatum. Ita colligitur ex D.
Thomā loco supra relato, ubi ait: quod ex divina
misericordia vel providerentia ordinatur permissio peccati
ad sanationem, in quantum Deus permittit aliquos cade-
re in peccatum, ut peccatum suum agnoscentes humilien-
tar & convertantur. Conversio autem in pecca-
to, idem est quod pénitentia: si ergo æqui-
parat D. Thomas in pœnitentia peccati, ordi-
nationem ejus ad humiliationem & ad conver-
sionem peccatoris, non minus ex motivo pénitentiae,
quam ex motivo humilitatis, potest
Deus velle, & de facto vult in electis permissionem
peccati. Addo quod, permissione peccati po-
test esse à Deo volita ex intentione humilitatis,
quia ad illam conductit: At etiam conductit ad
bonum pénitentiae: Ergo similiter potest ex e-
ius intentione à Deo präparari. Unde ad argu-
mentum in contrarium.

121. Respondeo, concessa Majori, negando Mi-
norem. Ad cuius primam probationem dicen-
dum est, quod licet non sit prudentis medici ex
intentione solum sanitatis morbum permittere,
bene tamen ex intentione robustioris sanitatis,
vel perseverantie in sanitate, & ita Deus potest
ex intentione uberioris gratiae, & charitatis in-
tentionis & servientoris, in prædestinationis pecca-
tum aliquando permittere.

122. Ad secundam probationem ejusdem Minoris,
respondent aliqui cum Joanne à S. Thoma, in
pénitentia duplex bonum considerari: bonum
licet destructionis peccati, & bonum manife-

A stationis virtutis reparandi à peccatis, quæ pénitentia gaudet. Hac distinctione supponit, ak serunt primum bonum intendi non posse sine prævisione peccati, & occasione illius; secundum autem bonum esse posse de primaria intentione, & ante prævisionem peccati intendi. Unde sicut medicus intendere potest ante morbum præsumum, ostendere virtutem alicuius medici-
menti, & ex hac intentione morbum permane-
re, non autem potest primo intendere bonum
curationis, nisi præviso morbo, & imprudenter
morbum causaret, ex intentione sola liberandus
abillo. Ita Deus potest primo intendere mani-
festare virtutem reparativam quæ pénitentia
gaudet, & ex hac intentione peccata permittere,
& illis prævisu velle pénitentiam ut destruc-
tam peccati.

Sed hæc solutio & doctrina, quovis libelli
& acuta, patitur difficultem instantiam: Intentio
enim manifestandi virtutem pénitentiae, em-
orem illius secundum suam essentiam debet ap-
ponere; sicut intentio manifestandi virtutem at-
tributorum, ex illorum amore procedit in Deo.
At essentia virtutis pénitentiae est esse destruc-
tivam peccati: Ergo si prout destruktiva peccati
non potest intendi autem prævisionem illius, ne
bonum manifestationis virtutis reparativa peo-
cati quæ pénitentia gaudet, poterit autem illius
prævisionem intendi. Unde

C Secundo respondent alij pénitentiam posse
considerari tripliciter: scilicet ut destruktiva
peccati, ut manifestantem omnipotenciam Dei,
quam maxime pariendo & miterando mani-
festat, ut canit Ecclesia; & denique ut utilis ut
überioris gratiae consecutionem, & ad perfec-
tionem finalē. Dicunt ergo, quod quam
intento pénitentia, prout præcisè est destruktiva
peccati, ejus prævisionem supponat, & si
bonum occasionatum, secus tamē si illa con-
deretur ut utilis ad manifestationem omnipot-
entiae Dei, vel ad überiorem gratiam, & perfe-
ctionem finalē. Unde sub his duabus con-
ditionibus & formalibus, potest à Deo
rendi & prædicti ante prævisionem peccati.

Sed hæc etiam solutio difficultate non careat.
Nam ut supra dicebamus, pénitentia essenti-
ter habet quod sit destruktiva peccati, unde cum
illa non possit intendi & amari à Deo, nisi ame-
tur secundum suam essentiam, non potest illius
intendi nec diligi, nisi intendatur & ametur ut
destruktiva peccati. Addo quod, pénitentia
aliter conductit ad manifestationem diuinae
omnipotentiae, vel ad überioris gratiae consecu-
tionem, nisi quatenus est destruktiva peccati, & non
ejus utilitas ad predictos fines, supra vim destruc-
tivam peccati fundatur: Ergo impossibile est
quod ametur & intendatur, prout est utris ad di-
los fines, nisi etiā ametur & intendatur ut destruc-
tiva peccati, & consequenter ejus præficien-
tiā & permissionem alio modo supponat.

E His ergo solutionibus prætermis, & in for-
probabilitate relieti: facilius ut existimo, &
conformis ad principia supra statuta solvitur ar-
gumentum, distinguendo Antecedens. Intentio
pénitentiae necessariò supponit prævisionem
peccati, & conseqüenter ejus permissionem, in
genere causæ materialis, vel occasionalis, con-
cedo Antecedens. In genere causæ finalis, nego
Antecedens. Ad cuius probationem, similiter
distinguo Minorem. Bonum occasionatum melius
prævisionem supponit, in genere causæ materialis.

DE EFFECTIBVS PRÆDESTINATIONIS. 63

vel occasionalis, concedo Minorem. In ge-

nere causa finalis, nego Minorem.

Ex quo etiam patet responsio ad confirmati-

onem. Nam quia Christus Dominus prædestina-

tio est. Non tamen causam futurum cognoscatur, sufficit vel quod determinet causam, vel quod inferat causam determinationem; &

quia intentio efficax pœnitentia causat peccati permissionem, ex qua licet non causetur pecca-

tum, evidenter tamen infertur voluntatem creatam ex propria malitia & defectibilitate se determinatam ad illud; consequens fit quod in decreto intentivo pœnitentia, & permissivo pec-

cati, cognoscatur peccatum ut futurum infallibiliter.

Quæres pro complemento hujus disputationis, an omnia dona gratiae quæ Deus conferit elec-

titis, sint effectus prædestinationis eliciti?

Respondeo solam gloriam & perseverantiam finalem, esse effectus eliciti prædestinationis, cetera autem dona quæ electis conferuntur, esse effectus ab illa imperatos, proportionatos tamen, & à providentia generali ordinis supernaturalis eliciti.

Probatur breviter: Id est effectus prædestina-

tionis elicitus, quod per se petit prædestinatio-

nem pro causa ordinante; sicut ille solus actus

elicitur ab aliqua virtute, qui per se petit ab illa

procedere: At nullum ex donis gratiae, præter fi-

nalem perseverantiam, & gloriam, petit per se

prædestinationem pro causa ordinante, cum om-

nia præter illa possint reprobis concedi, & de fa-

cto concedantur multories. Ergo nullum est ex

donis gratiae (exceptis perseverantia finali &

glorificatione) qui sit effectus prædestinationis

elicitus.

Dices primò: Multa auxilia preparat Deus

electis, quæ non præpararet, nisi electi essent:

Ergo hæc auxilia sunt, quoad substantiam, effectus

prædestinationis eliciti. Antecedens est certum.

Consequentia vero probatur. Providentia ge-

neralis ordinis supernaturalis, est communis præ-

destinationis & reprobis: At hujusmodi auxilia com-

muni illis non sunt: Ergo non sunt effectus elici-

ti providentia communis, sed tantum provi-

dentia specialis, quæ prædestinationis est.

Respondeo concessa Antecedente, negando

Cosequentiam. Ex eo enim quod Deus multa

auxilia præparat electis, quæ non præpararet, si

electi non essent, solum colligitur hæc auxilia eli-

cti effectus prædestinationis, ut imperantes pro-

videntia generali ordinis supernaturalis, & sibi

illam subordinantis. Sicut ex eo quod multis a-

ctus virtutum moralium elicunt amici Dei, quos

non elicerent si Deum non diligenter, non se-

quiritur tales actus esse à charitate eliciti, sed

tantum charitate imperare virtutibus moralibus,

ut prædictos actus eliciant. Ad probatio-

nem autem illius Consequentie, distinguo Ma-

jorem. Providentia generalis ordinis supernatu-

ralis, communis est prædestinationis & reprobis,

quoad omnes effectus, nego majorem: quoad

aliquos, concedo Majorem, & concessa Minoris,

nego consequentiam.

Dices secundò: Auxilia supernaturalia sunt

effectus proportionati cum fine prædestina-

onis: Ergo sunt ab illa eliciti, & non tantum im-

perati.

Sed nego Consequentiam, quia aliud est esse

effectum prædestinationis elicitem, & aliud pro-

portionatum, licet plures docti Theologi utrum-

que confundantur. Nam ut aliquid sit effectus præ-

destinationis elicitus, debet immediate ab illa

pro-

A causa determinata, determinatione dante exi-

stentiam, nego Minorem. Dante vel inferente,

concedo minorem, & nego Consequen-

tiam. Itaque ut in aliquo decreto futurum co-

gnoscatur, sufficit vel quod determinet causam,

vel quod inferat causam determinationem; &

quia intentio efficax pœnitentia causat peccati

permissionem, ex qua licet non causetur pecca-

tum, evidenter tamen infertur voluntatem crea-

tam ex propria malitia & defectibilitate se deter-

minatur ad illud; consequens fit quod in

decreto intentivo pœnitentia, & permissivo pec-

cati, cognoscatur peccatum ut futurum infallibiliter.

Quæres pro complemento hujus disputationis,

an omnia dona gratiae quæ Deus conferit elec-

titis, sint effectus prædestinationis eliciti?

Respondeo solam gloriam & perseverantiam

finalem, esse effectus eliciti prædestinationis,

cetera autem dona quæ electis conferuntur, esse

effectus ab illa imperatos, proportionatos ta-

men, & à providentia generali ordinis supernatu-

ralis eliciti.

Probatur breviter: Id est effectus prædestina-

tionis elicitus, quod per se petit prædestinatio-

nem pro causa ordinante; sicut ille solus actus

elicitur ab aliqua virtute, qui per se petit ab illa

procedere: At nullum ex donis gratiae, præter fi-

nalem perseverantiam, & gloriam, petit per se

prædestinationem pro causa ordinante, cum om-

nia præter illa possint reprobis concedi, & de fa-

cto concedantur multories. Ergo nullum est ex

donis gratiae (exceptis perseverantia finali &

glorificatione) qui sit effectus prædestinationis

elicitus.

Dices primò: Multa auxilia preparat Deus

electis, quæ non præpararet, nisi electi essent:

Ergo hæc auxilia sunt, quoad substantiam, effectus

prædestinationis eliciti. Antecedens est certum.

Consequentia vero probatur. Providentia ge-

neralis ordinis supernaturalis, est communis præ-

destinationis & reprobis: At hujusmodi auxilia com-

muni illis non sunt: Ergo non sunt effectus elici-

ti providentia communis, sed tantum provi-

dentia specialis, quæ prædestinationis est.

Respondeo concessa Antecedente, negando

Cosequentiam. Ex eo enim quod Deus multa

auxilia præparat electis, quæ non præpararet, si

electi non essent, solum colligitur hæc auxilia eli-

cti effectus prædestinationis, ut imperantes pro-

videntia generali ordinis supernaturalis, & sibi

illam subordinantis. Sicut ex eo quod multis a-

ctus virtutum moralium elicunt amici Dei, quos

non elicerent si Deum non diligenter, non se-

quiritur tales actus esse à charitate eliciti, sed

tantum charitate imperare virtutibus moralibus,

ut prædictos actus eliciant. Ad probatio-

nem autem illius Consequentie, distinguo Ma-

jorem. Providentia generalis ordinis supernatu-

ralis, communis est prædestinationis & reprobis,

quoad omnes effectus, nego majorem: quoad

aliquos, concedo Majorem, & concessa Minoris,

nego consequentiam.

Dices secundò: Auxilia supernaturalia sunt

effectus proportionati cum fine prædestina-

onis: Ergo sunt ab illa eliciti, & non tantum im-

perati.

Sed nego Consequentiam, quia aliud est esse

effectum prædestinationis elicitem, & aliud pro-

portionatum, licet plures docti Theologi utrum-

que confundantur. Nam ut aliquid sit effectus præ-

destinationis elicitus, debet immediate ab illa

pro-

DISPUTATIO QVARTA

54

procedere, & eam pro causa ordinante exposcere; ut autem sit illi propotionatus, satis est quod sit in eodem ordine cum fine prædestinationis, quamvis à providentia supernaturali & generali petat immediatè procedere; ut patet in actibus virtutum moralium supernaturalium, qui proportionati sunt cum fine charitatis, & ramen non elicivit, sed imperativè tantum ab illa procedunt. Sic ivergo, ut in eodem persuasimus exemplo, actus istarum virtutum à charitate imperantur, & etiam actus virtutum acquisitorum; cum hoc tamen discrimine, quod illi ratione sui proportionati sunt cum imperio charitatis, utpote in eodem ordine supernaturali existentes, actus autem naturales sunt improportionati, quia in inferiori ordine constituti, ita in presenti dicimus, dona naturalia & supernaturalia, præter finalem perseverentiam & gloriam, esse effectus prædestinationis imperatos: cum hoc tamen fierent, quod primi sunt improportionati, utpote ordinis inferioris, alij vero proportionati, quia sunt in eodem ordine cum fine prædestinationis.

A dia Deus fecit gratuitè bonitatem ante mundi constitutionem, in adoptionem filiorum Deipradestinatos, & a Deo negare posse aliquem eorum quos Deus prædestinavit ad regnum, neque quemquam eorum quoniam predestinavit ad vitam, nullà ratione posse salvari. Ratio etiam id suadet: ut enim supra ostendimus ex D. Thoma quest. 6. de veritate art. 1. Prædestinationem ad finem respicit, sed prædestinationem respicit etiam extixum vel eventum ordinis: unde licet providentia non consequatur semper & infallibiliter finem rei provisę, bene tamen prædilecta-

Suppono secundò ex eodem Angelico Preceptorib[us] ibidem art. 3. duplēcēt esse certitudinem unam cognitionis, quando licet cognitio non declinat in aliquo ab eo quod in re inventur, sed hoc modo existimat de re sic ut est: a causalitatis, seu ordinis causa ad effectum, quando videlicet causa infallibiliter effectum producit, & habet nexus cum eo indissolubilem. Quis ivergo, an prædestinatione utique gaudet certitudine, vel tantum sit certa certudine cognitionis, seu præscientie?

Primus modus dicendi est Molina, quicunque tam divinitate prædestinationis certitudinem reducit ad infallibilitatem divinitate præscientie que

ante omne decretum quo tangit & determinat voluntatis nostra indifferentiam, sed ad quid illa, in his vel illis occasionibus & circumstantiis, se determinabit; & haec determinatione facta & præluppofitata, dectero suo subscrībit, & statim hominem ponere in illis occasionibus & circumstantiis in quibus præscivit consenserunt. Indocet prefatus Author variis sua doctrinæ locis, præteritum h[ab]it art. 3. disp. 1. membrum. nos vero, ubi inquit: Collocantes præterea certitudinem totam divina prædestinationem, non in decreto quod Deus ei quem prædestinat providere statuit de media prælibertate sua per venturam in vitam eternam prævidens, neque etiam in ratione ipsa prævidendi, sed in præfatione quā id prævidebat, ratione cuius tale decretū ac prædicta fortia sunt rationes prædestinationis &c. Ecce quomodo redit Molina certitudinem prædestinationis, quā differt prædestinationem à non prædestinatione, & ob quā providentia divinitatem prædestinationis sortitur, nō ad decretum levordinationem divinam, sed ad præscientiam, illa siu consensus voluntatis humanae exploratricem, quam scientiam medium appellat. Unde in eadem quest. art. 6. in parvo communictario illius, affirmat Prædestinationem esse certam, in easam natam esse certitudinem, quam divina præscientia, quia Deus prævidet per media, per qua uniusquisque prædictus est, per venturum eum in vitam eternam.

Secunda sententia huic dicione opposita, cognoscit in prædestinatione, non solum certitudinem cognitionis & præscientie, sed etiam ordinis & causalitatis, fundatam in vi & efficacia inter seca divinorum decretorum & auxiliorum, quibus Deus illas & incolumi arbitrii libertate, hominum voluntates movet & applicat ad voluntum quod ipse vult, ubi, quando, & quomodo ille vult, ut Augustinus docet in Enchir. cap. 9. & caufat voluntatis nostræ consensum & determinacionem. Hanc viam sequuntur Thomistæ, aliquæ scientiam mediae impugnatores.

DISPUTATIO IV.

De certitudine prædestinationis.

Circa certitudinem prædestinationis quatuor hic occurruunt discutienda, Primum, an prædestinatione sit certa non solum certitudine præscientie, sed etiam certitudine causalitatis mediorum? Secundum, an illa possit esse omnimodè certa quoad nos? Id est, an possimus in hac vita, seclusi speciali Dei revelatione, habere certitudinem infallibilem nostræ prædestinationis & salutis? Tertium, an sicutem dentur aliqua signa illius? Quartum, an numerus electorum excedat numerum reproborum?

ARTICULUS PRIMUS.

An prædestinatione sit certa, non solum certitudine præscientie, sed etiam certitudine causalitatis mediorum?

§. I.

Quibusdam præmissis referuntur sententiae.

1. **S**uppono primò: Prædestinationem esse ita certam & infallibilem respectu consecutio-
nis finis, ut nullus sit eleitus qui pereat, vel periret, aut etiam qui perire posset, saltem potentiā consequenti, & in sensu composito.

Probatur hæc suppositione ex Scriptura, & SS. Patribus. Dicitur enim Joann. 6. Omne quod dat mihi Pater, non perdam ex eo. Et cap. 10. Nemo rapiet oves meas (id est prædestinatos) de manu mea. Unde Augustinus de corrept. & gratia cap. 7. loquens de eleitis, ait. Horum si quisquam perit, scilicet Deus, sed nemo eorum perit, quia non scilicet Deus. Horum si quisque perit, viuio humano vincitur Deus sed nemo eorum perit, quia nullus re vincitur Deus. Et Fulgentius de fide ad Petrum cap. 35. Firmiter credo, & nullatenus dubites, omnes quos papa misericor-